Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Anima fidelis dicitur templum Dei propter septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

motheum. Vnus enim Deus, unus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Vnde D. Auguſtinus dicit. Apprehéde proximum tuum ex hoc præcio, ne tibi uileſcat. Tertia in communi ſuſceptione. Vnde Paulus dicebat. Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro qui omnes homines ſaluos fieri uult, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quintum quia eſt templum ſpiritus ſancti. Ne ſcitis (dicebat D. Paulus) quia uos eſtis templum dei, & ſpiritus ſanctus habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit, diſperdet illum Deus. Sanctus quoque Hieronymus dicebat. Verum Chriſti templum, anima credentis eſt, illam exorna, illam ueſti, in illa Chriſtum ſuſcipe.

Auguſt.

Tim. 2.

1. Co. 3

Hieron.

Anima fidelis dicitur templum Dei propter ſeptem.

PRimo. Quia eſt locus orationis. Vnde Chriſtus docens nos orare dicebat. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum &c. id eſt conſcientiam tuam; &

Mat. 6.

claude oſtium, ideſt, ne uelis inde
Mat. 21 laudes hominum. Et iterum. Domus mea, domus orationis eſt. Secundo quia in ea offertur ſacrificiũ.
Pſa. 50. Vnde Dauid Rex dicebat. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum &c. Tertio quia ſunt ibi cruces intus, & foris; Cruces intus ſunt mortificationes propriæ uoluntatis, & ſpiritualium uitiorum. Vnde dicebat
Mat. 20 Chriſtus. Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam &c. Cruces foris ſunt mortificationes carnis, & carnaliũ uitiorum. Vnde Paulus dicebat.
Gal. 5. Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuã crucifixerunt cum uitiis & concupiſcentiis &c. Quarto, quia inde pictæ ſunt imagines ſanctorum, ideſt memoriæ, & imitationes eorum. Vnde Paulus de ſanctis uerba faciens dicebat. Quorum intuen-
Heb. ultimo. tes exitum conuerſationis imitamini fidem. Quinto, quia eſt ibi aqua benedicta, ideſt lacrimarum effuſio. Sexto quia ibi ſunt lampades ardentes ante thronum. Vnde Chri-
Mat. 5. ſtus dicebat. Sic luceat lux ueſtra, &c. Petrus etiam dicebat, Ex bonis
1. Pet. operibus uos conſiderantes, glorificent deum in die uiſitationis. Se-

ptimo quia eſt in altare, ideſt Chri-
ſti, ſicut dicit Paulus ad Hebræos. Heb. 12
Habemus altare de quo edere non
habent &c. De his omnibus ſuple
ſic & in anima. De hoc templo di-
cit Auguſtinus. Votum Chriſti tem- Auguſ.
plum eſt anima credentis, illam ex-
orna, illam ueſti, illi offer donaria.

Animæ peccato infirmæ ſanitatem conferunt ſeptem.

PRimum eſt peccati cognitio,
quæ cognitio eſt principium
ſanitatis animę. Vnde ait Au-
guſtinus ſi cognoſcis, ille ignoſcit, Auguſ.
& ſi non cognoſcis, ille non igno-
ſcit. Secundum eſt peccati deſer-
tio. Vnde apud Eſaiam legimus. Si Eſa. 30.
reuertamini, & quieſcatis, ſalui
eritis. Et apud Hieremiam clamat
Deus. Conuertimini filii reuerten- Hier. 3
tes & ſanabo aduerſiones ueſtras.
Tertium eſt perfecta cordis contri-
tio. Dicit Pſaltes regius; Qui ſa- Pſ. 146.
nat contritos corde, & alligat con-
tritiones eorum. Quartum eſt, de-
uota uerbi Dei auditio. Miſit uer-
bum ſuum & ſanauit eos. Dicit Da- Pſa. 102
uid. Et ſapientia ait. Neque herba

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN